



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 vtrum timor opponatur fortitudini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

his que vi mensue causa sunt. Vbi participatio in diuinis cum excommunicatis pro nullo metu excusari dicitur, quia, ut ibi dicitur, est peccatum mortale. Et tamen constat, quod talis prohibitio de iure positio est, quia de licentia Papae est licita. Obligar ergo ius posituum quandoque ad peccatum mortale, & consequenter nullo moris metu declinandum est ab oblatione positui iuris.

CIRCA primum queruntur quatuor. **¶** Primum, Vtrum timor sit peccatum. **¶** Secundum, Vtrum opponatur fortitudini. **¶** Tertio, Vtrum sit peccatum mortale. **¶** Quarto, Vtrum excuset, uel diminuat peccatum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum timor sit peccatum.

AD PRIMUM sic proceditur. **V**idetur, quod timor non sit peccatum. Timor enim est passio quadam, ut supra * habitum est: sed ex passionibus non laudantur, neque uituperantur, ut patet in 2. Ethic. Cum ergo omne peccatum sit uituperabile, uidetur quod timor non sit peccatum. **¶** 2. Præ. Nihil quod in lege diuina mandatur, est peccatum, quia lex Domini est immaculata, ut dicit in Psal. 18. sed timor mandatur in lege Dei. dicitur enim ad Ephes. 6. Serui, obedite dominis carnalibus cum timore, & tremore. ergo timor non est peccatum.

¶ 3. Præ. Nihil quod naturaliter inest homini, est peccatum, quia peccatum est contra naturam, ut * Damasc. dicit in 2. libro: sed timere est homini naturale, unde 1. Philosoph. dicit in 3. Ethic. quod erit aliquis infans, uel sine sensu doloris, si nihil timeat, neque terrumotum, neque inundationes. ergo timor non est peccatum.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Matth. 10. Nolite time re eos qui occidunt corpus. & Exech. 3. dicitur. Ne timeas eos, neque sermones eorum metuas.

RESPON. Dicendum, quod aliquid dicitur esse peccatum in actibus humanis propter inordinationem. Nam bonum actus humani in ordine quodam consistit, ut ex supra * dictis patet. Est autem hic debitus ordo, ut appetitus regimini rationis sub datur. Ratio autem dicitur aliqua esse fugienda, & aliqua esse prosequenda: & inter fugienda, quaedam dicitur magis fugienda, quam

aut cuiusque iuris facit, contra legem diuinam facit, ac per hoc timor sine mortis, siue alterius mali, non excusat a toto licet a tanto, ut in 4. Ethicor. habes.

Secunda Secunda S. Thomæ. QQ. Et. li.

A obligaret, nec præceptum hominis tunc ligat. **¶** Et per hoc patet responsio ad secundam obiectionem in oppositum, quia citatus personaliter carens iure accessu, ideo non tenetur, quia nec etiam si lex hoc præcepisset, teneretur. Quoniam autem accessus non est tutus ex parte iudicis, puta, quia

seus tyrannus, & tunc constat, quod non declinat iudicem, sed feruitatem tyranni, quod lex cõcedit. Aut nõ est tutus propter alios, & tunc excusatur a lege, quia non possit comparere. Qui enim non possit tute comparere, perinde est ac si non possit comparere. **¶** Ad primam autem obiectionem dicitur, quod licet non accipit legem diuinam hoc in loco, ut distinguitur ab alijs legibus: quod ex duobus patet. Primo, ex eo quod sequeretur, quod ex timore mortis faceret contra ius naturale, esset solum peccatum ueniale, quod ridiculum est imponere tanto doctõri. Et patet sequela, quia ius naturale distinguit contra diuinum proprie sumptum, ut patet in præcedenti lib. scilicet dõ, ex eo quod sequeretur, quod ex timore carnalium temporalis malis transgredi ius positum solum esset ueniale, quod est ridiculum, puta, quod aliquis ex timore ne perdat pallium, celebrando missam sine sacris uersibus, & sine altari, & uasis sacris, solum peccaret uenialiter. Et patet sequela, quia in litera dicitur, Propter timorẽ, quo refugit periculum mortis, uel quodcumque aliud temporale malum. Constat enim quod perdere pallium, quoddam temporale malum est. Intellegit ergo author per legem diuinam, ipsam diuinam institutionem, ut firmat & ius naturale, & ius posituum, & præcepta hominum, datque omnibus uim obligatiuam in foro conscientie. Hoc enim omnia iura, & præcepta habent ex eo, quod a Deo immediate, uel mediate procedunt. Et præterea, ex hac litera firmatur doctrina data: quoniam hinc habes, quod quicumque contra præcepta hominis uel positui,

da, ne desinat ab alijs quæ magis prosequi debet, timor inordinatus est, & habet rationem peccati. Quõ ergo appetitus fugit ca, quæ ratio dicitur esse sustinenda, ne desinat ab alijs quæ magis prosequi debet, timor inordinatus est, & habet rationem peccati. Quõ aut appetitus timendo fugit id, quod est secundum rationem fugiendum, tunc appetitus nõ est inordinatus, nec peccatum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod timor communiter dicitur secundum suam rationem importat uerbaliter fugam: unde quantum ad hoc non importat rationem boni, uel mali, & similiter est de qualibet alia passione. Et ideo * Phil. dicit, quod passiones non sunt laudabiles, neque uituperabiles, quia scilicet non laudantur, neque uituperantur qui irascuntur, uel timeant: sed qui circa hoc aut ordinatè, aut inordinatè se habent.

AD SECUNDUM Dicendum, quod timor ille, ad quem inducit Apostolus, est conueniens rationi, ut scilicet seruus timeat ne deficiat in obsequijs, quæ domino debet impendere.

AD TERTIUM dicendum, quod mala, quibus homo resistere non potest, & ex quorum sustinentia nihil boni prouenit homini, ratio dicitur esse fugienda: & ideo timor talium non est peccatum.

ARTICVLVS II.

Vtrum peccatum timoris opponatur fortitudini.

AD SECUNDUM sic proceditur. **V**idetur, quod peccatum timoris non opponatur fortitudini. Fortitudo enim est circa periculum mortis, ut supra * habitum est: sed peccatum timoris non semper pertinet ad pericula mortis, quia super illud Psal. 127. Beati omnes qui timeant Dominum. 1. glo. dicit, quod humanus timor est, quo timeamus pati pericula carnis, uel perdere mundi bona.

aut cuiusque iuris facit, contra legem diuinam facit, ac per hoc timor sine mortis, siue alterius mali, non excusat a toto licet a tanto, ut in 4. Ethicor. habes.

Secunda Secunda S. Thomæ. QQ. Et. li.

lib. 2. Ethic. 6. com. 5.

lib. 2. Ethic. 6. com. 5.

1. 2. q. 21. artic. 5.

glos. ordi. psal. 127.

& super illud Mat. 26. Orant tertio eundem sermo
ne &c. dicit * glos. quod triplex est malus timor, scilicet
timor mortis, timor doloris, & timor utilitatis. non
ergo peccatum timoris opponitur fortitudini.

¶ 2 Præter. Præcipuum quod commendatur in for-
titudine, est quod ipsa exponit se periculis mortis:
sed quandoque aliquis ex timore seruitutis, uel igno-
minia exponit se morti, sicut * Aug. in 1. de ciuit.
Dei narrat de Catone, qui ut non incureret Casa-
ris seruitutem, morti se tradidit. ergo peccatum ti-
moris non opponitur fortitudini, sed magis habet
similitudinem cum ipsa.

¶ 3 Præter. Omnis desperatio procedit ex aliquo ti-
more: sed desperatio non opponitur fortitudini,
sed magis spei, ut supra * habitum est. ergo neque
peccatum timoris opponitur fortitudini.

SED CONTRA est, quod ¶ Philosoph. in 2. & 3.
Ethic. timiditatem ponit fortitudini oppositam.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra * dictum est,
omnis timor ex amore procedit: nullus enim timet
nisi contrarium eius quod amat: amor autem non
determinatur ad aliquod genus uirtutis, uel uitij;
sed amor ordinatus includitur in qualibet uirtute:
quilibet enim uirtuosus amat proprium bonum uir-
tutis: amor autem inordinatus includitur in quo-
libet peccato. Ex amore enim inordinato procedit
inordinata cupiditas: unde similiter inordinatus ti-
mor includitur in quolibet peccato, sicut auarus ti-
met amissionem pecuniarum, in temperatus amissionem
uoluptatis, & sic de alijs: sed timor præcipuus est pe-
riculorum mortis, ut probatur in * 3. Ethic. & ideo
talis timoris inordinatio opponitur fortitudini,
quæ est circa periculum mortis, & propter hoc anto-
nomasice dicitur, timiditas fortitudini opponi.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod auctoritates
illæ loquuntur de timore inordinato communi-
ter sumpto, qui diuersis uirtutibus opponi potest.

AD SECUNDUM dicendum, quod actus humani
præcipue diiudicantur ex fine, ut ex supra * dictis
patet. Ad fortem autem pertinet, ut se exponat pe-
riculis mortis propter bonum: sed ille qui se pericu-
lis mortis exponit, ut fugiat seruitutem, uel aliquid
laboriosum, a timore uincitur, quod est fortitudi-
ni contrarium. Vnde * Philof. dicit in 3. Ethic. ¶
mori fugientem inopiam, uel captiorem, uel ali-
quid triste, non est fortis, sed magis timidi. Mollit-
ies enim fugere laboriosa.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut supra * di-
ctum est, sicut spes est principium audaciae, ita timor
est principium desperationis. Vnde sicut ad fortem,
qui utitur audacia, moderate præxigitur spes, ita
econuerso desperatio ex aliquo timore procedit.
Non autem oportet, quod qualibet desperatio pro-
cedat ex timore quolibet, sed ex eo qui est generis
sui. Desperatio autem quæ opponitur spei, ad aliud
genus refertur, scilicet ad res diuinas: timor autem
qui opponit fortitudini, pertinet ad pericula mor-
tis. Vnde ratio non sequitur.

ARTICVLVS III.

Vtrum timor sit peccatum mortale.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod ti-
mor non sit peccatum mortale. Timor enim,
ut supra * dictum est, est in irascibili, quæ est pars
sensualitatis: sed in sensualitate est tantum pecca-
tum ueniale, ut supra ¶ habitum est. ergo timor non
est peccatum mortale.

¶ 2 Præterea. Omne peccatum mortale
auertit a Deo: hoc autem non fit
per illud Iudith. 7. Qui formidat
glos. quod timidus est qui primo
tum trepidat, non tamen corde
ri & animari potest. ergo timor
mortale.

¶ 3 Præterea. Peccatum mortale
hit a perfectione, sed etiam a
non retrahit a præcepto, sed
quia super illud Deuteronom. 20. Qui
midolosus, & corde pauidus &c. et
posse quemquam perfectionem
uel militia spiritualis accipere, q
renis operibus perimeat. ergo timor
atum mortale.

SED CONTRA est, quod p. solo
debetur poena inferni, que tamen
dicitur illud Apoc. 21. Timidis, &
cratis &c. pars erit in stagno ignis &c.
est mors scda. ergo timiditas est
peccatum mortale.

RESPON. Dicendum, quod timor
est, timor peccatum est secundum
tus, prout. refugit, quod non est
refugiendum. Hæc autem inordinatio
doque quidem consistit in solo
non superueniente conscientia
sic non potest esse peccatum mortale.
nale. Quandoque uero humilitas
moris pertingit usque ad appetitum
dicitur uoluntas, que ex libro
quid non secundum rationem
timoris quandoque est peccatum
doque ueniale. Si enim aliquis
quo refugit periculum mortis, ad
temporale malum si dispositus
prohibitum, uel prætermittit
ceptum in lege diuina, talis timor
talis: alioquin erit peccatum ueniale.

AD PRIMUM ergo dicendum,
dit de timore secundu quod colligitur
AD SECUNDUM dicendum,
la potest intelligi de timore in
uel potest melius dici, quod ille
cuius animus timor uincit imperantem
contingere, quod etiam si timor
le, non in aliquis ita oblitus
sionibus reuocari possit: sicut
mortaliter peccans, concupiscentiam
reuoatur, ne opere impleat quod
AD TERTIUM dicendum,
tur de timore reuocare h
est de necessitate præcepti, sed
Talis autem timor non est peccatum
quæque ueniale, quandoque enim
puta, cum aliquis habet rationem

ARTICVLVS IIII

Vtrum timor extra

AD QUARTUM sic proceditur. Timor
mor non excuset a peccato. Timor
peccatum, ut * dictum est, sed
fat a peccato, sed magis
non excusat a peccato.

¶ 2 Præter. Si aliquis timor
excusaret timor mortis, qui
tem uirum; sed hic timor non

¶ 1. Aug. 1. 1. quæst. 47. tom. 4.

Lib. 1. c. 24. tom. 5.

¶ 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. tom. 5.

Supra q. 19. art. 3. & 1. 2. q. 43. art. 1.

Lib. 3. c. 6. tom. 5.

1. 2. q. 7. art. 3. & q. 19. art. 6.

Lib. 3. c. 8. tom. 5.

1. 2. q. 43. art. 2.

1. 2. q. 24. art. 1. 1. 2. q. 74. art. 4.